

Festtagen fand in Pfaffroda Gottesdienst statt. 8 Uhr versammelte sich die Gemeinde in den Erb-
lehn-gerichten zu Pfaffroda und Schönfeld zum Festzug. Voran die blumengeschmückte Schuljugend, ein Lied mit Musikbegleitung singend, dann folgten die Jünglinge und Jungfrauen, die verheirateten und verwitweten Männer und Frauen. An der Schule vereinigten sich die beiden Züge. Der Kammerherr von Schönberg mit dem Inspektor, dem Gerichtsdirektor Weise und Pfarrer Helmert traten ein. Auf dem Altarplatz standen Bänke für die Jugend. Nach der Predigt wurde eine Motette gesungen. Bei dem Liede „Herr Gott, dich loben wir“ wurden Böllerschüsse auf dem Kirchhofe gelöst. Die Predigt über 1. Tim. 6, 12 behandelte das Thema: Es war ein gutes Bekenntnis 1. seinem Inhalt, 2. seinem Zweck, 3. seiner Folge, 4. seinen begleitenden Neben-
umständen nach. 1855 am 23. September wurde ein Dankfest zur Erinnerung an den Religions-
frieden abgehalten. Diese rege Beteiligung, dieser Eifer, den Ort zu festlichem Empfang zu schmücken, hat sich bis heute in der Gemeinde erhalten, und so manches Missions- und Gustav-Adolf-Fest gab davon gutes Zeugnis.

Am unteren Ende des Dorfes, fast in der Mitte der langgestreckten Gemeinden Pfaffroda und Schönfeld gelegen, steht umgeben von Gebäuden des herrschaftlichen Schlosses die Kirche inmitten des Friedhofes. Wie schon erwähnt, ist sie neu aufgeführt worden, doch ist zu vermuten, daß das alte, im dreißigjährigen Kriege abgebrannte Gotteshaus auf derselben Stelle sich befunden hat. Vielleicht konnten beim Aufbau noch die alten Grundmauern benutzt werden. Über die Erbauungszeit der alten Kirche ist nichts bekannt. Nur das steht fest, daß sie vor 1480 schon vorhanden war, wie das aus dem im Schlosse aufbewahrten Ablaßbriefe vom 12. April 1480 ersichtlich ist. Der Brief ist gut erhalten, nur haben sich die Siegel der Kardinal-
e losgelöst. Er hat folgenden Wortlaut:

Guillermus Ostiensis; Oliverius Albanensis; Marcus Penestrinensis, Episcopi; Stephanus titulo Sanctae Mariae in Transtiberim, Johannes tit. Sanctae Ceciliae, Johannes tit. Sancti Marcelli, Hieronymus tit. Sanctorum Sergii et Bachi, Gabriel tit. Sancti Chrysogoni, Presbyteri, et Franciscus Sancti Eustachii, et Raphael Sancti Georgii diaconi, Miseratione divina Sacrosanctae Romanae ecclesiae Cardinales: Universis et

singulis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis et auditoris Salutem in Domino sempiternam.

Quanto frequentius Christi fidelium mentes ad opera devotionis inducimus, tanto salubrius eorum animarum saluti providemus. Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia in Pfafferode Misnensis dioeceseos, ad quam ut accepimus dilectus nobis in Christo Gaspar de Schonenberg dictae dioeceseos singularem gerit devotionem, congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus jugiter veneretur ac in suis structuris et aedificiis debite reparetur, conservetur et manu teneatur, nec non libris, calicibus, luminaribus ac aliis ornamentis ecclesiasticis decenter muniatur, in ea quoque cultus augeatur divinus et ut Christi fideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem et ad reparationem et alia opera praemissa manus promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius consperant se refectos, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus vere poenitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam in secundae feriae Pentecostes et octavae Corporis Christi ac Sancti Georgii nec non Sancti Andreae et ipsius ecclesiae dedicationis festivitibus a primis vespere usque ad secundas vespere inclusive devote visitaverint et ad reparationem ac alia opera praemissa manus porrexerint adiutrices, ut praefertur, Nos Cardinales praefati et quilibet nostrum de futuro singulis festivitibus praedictis, quibus id fecerint, centum dies de injunctis eis poenitentibus misericorditer in Domino relaxamus praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum literas praesentes exinde fieri nostrorumque Cardinalatum sigillorum fecimus appensione communiri. Datum Romae in domibus nostris sub anno a nativitate Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo, indictione tertia decima, die vero duodecima Mensis Aprilis Pontificatus domini Sixti Papae Quarti anno novo. P. de Perreria.

Et nos Johannes, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis, reverendissimorum